GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, um 1200 Seite 37v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



mentib; grauiores sunt. quanto earum
intuitu abuntuendis celestib; uel ad
modicum euelluntur. Unde bene beatus
iob siue sua. seu uoce uniuersalis eccle
postquam dies suos transire testatur. ilico
subiungit. cogitationes mee dissipate
sunt torquentes cor meum. quia dum
bonis mentib; terrena felicitas transit.
etiam cura eis terrene dispensationis
subtrahitur. que eas in cogitationibus
torquere uidebatur. Dum enim recte
semper ad percipienda celestia appetunt.
eo ipso quo aliquando ex dispensatione
terrena ad ima cogitanda descendunt.
torqueri se sentiunt. Unde fit ut ipsa
quoque aduersitas persecutionis uertatur in mag
nam exultationem leticie. propter adep
tam cordis quietem. Unde et apte sub
ditur. Noctem uerterunt in diem. Dissi
pate etenim cogitationes noctem in
diem uertunt. quia nunquam iustis
amplius placet ex aduersitate mala
perpeti. quam ex prosperitate terrene dispen
sationis cura fatigari. Sed quia noue
runt cautius et aduersa transire. et
prospera rursus illucescere. apte subiun
gitur. Et rursum post tenebras spero
lucem. Lux enim post tenebras speratur.
quia uel post noctem uite presentis eter
num lumen percipitur. uel hic ita ad
uersitas atque prosperitas alternat. ut si
bi uicissim succedere non desinant.
Unde fit ut et in luce nox in suspecti
one sit. et in nocte lux in presumptio
ne. sicut scriptum est. In die bonorum ne
immemor sis malorum. et in die malorum
ne immemor sis bonorum. Sed ecce quia
auctoris nostri gratia redempti sumus. hoc
iam celestis muneris habemus. ut cum
a carnis nostre inhabitatione subtrahi
mur. mox ad celestia premia ducamur.
quia dum conditor noster ac redemptor
inferni claustra penetrans. electorum ex
inde animas eduxit. nos illuc ire non
patitur. unde iam alios descendendo li
berauit. Hi autem qui ante eius aduen
tum in hoc mundo uenerunt. quantam
libet uirtutem iusticie habuerunt.
ex corporib; educti statim in sinum
abrahe recipi nullo modo poterant. quia
nec dum ille uenerat qui claustra in
ferni sua discessione solueret. et iustorum
animas in perpetua iam sede collocaret.
Unde beatus iob et afflictionem senti
ens. et adhuc differri iustorum retributi
onem sciens. apte subiungit. Si susti
nuero infernus domus mea est. in te
nebris straui lectulum meum. Priores ete
nim sci et sustinere aduersa poterant.
et tamen corporib; educti adhuc infer
ni claustris liberari non poterant. quia
nec dum uenerat qui illuc sine culpa
descenderet. ut eos qui ibi tenebantur
ex culpa liberaret. Tunc uero homo in te
nebris suum lectulum strauit. quando
lucem iusticie persuasori callido consen
tiendo deseruit. Et quia in ipsis infer
ni locis quoque iustorum anime sine tormento